

## IN PSALMUM CXLIII

*Sermo habitus paulo ante en. 136*

(1.) Psalmi huius titulus brevis est numero verborum, sed gravis pondere mysteriorum: **IPSI DAVID AD GOLIAM**. Proelium hoc factum tempore patrum nostrorum de scripturis sanctis reco- mi 1856  
lit mecum caritas vestra. Cum enim adversus populum dei alieni-  
genae dimicarent, provocavit unus unum, Goliath David, in quo 5  
certamine voluntas dei pro cuiusque partis victoria probaretur.  
Sed quid de victoria satagimus, quando provocantem provoca-  
tumque cernamus? Provocavit impietas pietatem, provocavit su-  
perbia humilitatem, postremo provocavit diabolus Christum.  
Quid miramini diabolum victum? Ille erat grandis statura corporis; 10  
iste autem statura parvus, fide magnus. Accepit arma bellica  
sanctus David, ut adversus Goliath procederet. Haec arma per  
aetatem et parvam, ut diximus, staturam corporis portare non  
valuit. Abiecit onerantia, non adiuvantia. Accepit quinque lapides cc 2073  
de flumine, et posuit in vase pastoralis. His armatus corporaliter, 15  
nomine autem dei spiritaliter processit et vicit. Hoc quidem ille  
David: sed mysteria perscrutemur. Proposueramus enim titulum  
istum brevem numero verborum, sed gravem pondere mysteriorum.  
Veniat in mentem apostolica illa sententia: *Omnia haec in*

---

1, 2–16 proelium ... vicit] cf. 1 Sam. 17  
19sq. 1 Cor. 10,11

17 proposueramus] cf. 1,1sq.

---

$\pi$ :  $\alpha (V_2 Mc_1) \delta (A H_1)$   $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N A n_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 S o_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$   
(exc.)  $Br_1 P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 \omega, \alpha_2 (= F_2 F Mc_1)$   
1, 1 psalmi] *inc. K*

---

**In ps. CXLIII.** 1, 2 ipse  $\delta$  7 quid] quia  $C_1 P_7$  | quando *om.*  $\gamma_1 P_3$  | pro-  
vocantem provocatumque] provocantemque  $C_1 P_7$ ; provocantem  $C_1^2 S o_1 X$   
11 iste] ille  $\delta$  14 abiecit onerantia] abiectioe errantia  $C_1 P_7$  16 nomina  
 $C_1 P_7$  | et] ut  $K$  | quidem] quid est  $K$  19 illa apostolica *tr.*  $\zeta$

- 20 *figura contingebant in illis*, ne impudenter videamur quaerere aliquid absconditum, ubi possit dici totum sine mysterii profunditate simpliciter dictum. Habemus ergo auctoritatem facientem nos intentos ad quaerendum, vigiles ad investigandum, devotos ad audiendum, fideles ad credendum, impigros ad faciendum. In
- 25 David Christus: sed sicut soletis intellegere eruditi in schola eius, Christus caput et corpus. Non ergo sic audiatis aliquid ex persona Christi, quasi ad vos non pertineat, qui estis membra Christi. Hoc tamquam fundamento posito, videte quae sequantur.

- (2.) Nostis multis sacramentis visibilibus et corporalibus oneratum esse populum primum circumcisione, negotioso illo quodam sacerdotio et templo figuris pleno, multiplicibus holocaustorum sacrificiorumque generibus. Haec David noster tamquam arma praementia, non adiuvantia, posuit. *Si enim data esset lex quae posset vivificare, vere ex lege esset iustitia*. Utquid ergo lex? Sequitur: *Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus*. Denique iste David, scilicet Christus caput et corpus, tempore revelationis novi testamenti,
- 5
- 10 tempore insinuandae et commendandae gratiae dei quid fecit? Arma posuit, quinque lapides tulit: arma, ut diximus, onerantia posuit; ergo sacramenta legis, sacramenta illa legis, quae non sunt imposita gentibus, posuit, quae non observamus. Meministis enim quanta in veteri lege et legamus et non observemus, sed

2, 5sq. Gal. 3,21 7sq. Gal. 3,22 11 arma<sup>1</sup> ... tulit] 1 Sam. 17,39 – 40

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U f_3$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T$   
 $K$  (exc.)  $Br_1 P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 21 *totum*] *des. K* 2, 1 *nostis*] *inc. K* 4 *generibus*] *inc. f\_3* 5 *posuit*] *des. K*  
 8 *denique*] *inc. K* 11 *arma*<sup>2</sup>] *des. K*

20 in *om.*  $\pi \varepsilon K$  | *impudentes*  $\varepsilon K C_1 P_7 P_{23} Y$  24 *in pigro*  $C_1 P_7$  | *fatendum*  
 $\gamma_1$  26 *sic*] *si*  $\pi \varepsilon So_1$  2, 1 *et om.*  $\pi \varepsilon$  9 *tempus*  $\lambda f_3 P_{15}$  10 *tempus*  $\lambda f_3 P_{15}$   
 14 *vetere*  $V_2 U f_3 \varepsilon C_1 P_7 P_3 P_{15} D$  | *et*<sup>1</sup> *om.*  $\varepsilon \gamma_1 \zeta ma$  | *observamus*  $\delta \varepsilon P_{23} Y$

tamen ad aliquam significationem praemissa et posita intellegamus, non ut abiciamus legem dei, sed ut sacramenta promittentia impleta promissione non celebremus. Quod enim promittebant, venit. Gratia enim novi testamenti in lege velabatur, in evangelio revelatur. Velum removimus, quod velabatur agnovimus: agnovimus autem in gratia domini nostri Iesu Christi, capitis et salvatoris nostri, qui pro nobis crucifixus est, quo crucifixo etiam velum templi conscissum est. Denique arma ille posuit, tamquam onera sacramentorum veteris legis, et ipsam legem accepit. Quinque enim lapides quinque libros Moysi significant. Tulit ergo illos quinque lapides de flumine. Nostis quid sit fluvius. Labitur enim mortale saeculum, et praeterfluit quidquid venit in mundum. Erant ergo in flumine, tamquam in populo primo, lapides; erant illic inutiles, vacabant, nihil proderant, transibat supra fluvius. Quid fecit David, ut lex ipsa utilis esset? Accepit gratiam. Lex enim sine gratia impleri non potest: *Plenitudo enim legis caritas*. Et unde ista caritas? Vide si non ex gratia. *Caritas inquit dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis*. Quia ergo gratia fecit impleri legem – significatur autem gratia lacte: hoc enim est in carne gratuitum, ubi mater non quaerit accipere, sed satagit dare; hoc mater gratis dat, et contristatur si desit qui accipiat – quomodo ergo ostendit David legem sine gra-

21sq. velum ... conscissum] cf. Matth. 27,51    30 Rom. 13,10    31sq. caritas<sup>2</sup> ... nobis] Rom. 5,5

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )     $\lambda$ :  $\pi U f_3$      $\varepsilon$ :  $N A n_4$      $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 S o_1$      $\zeta$ :  $P_6 T K$  (exc.)  $Br_1 P_{23}$     *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
22 tamquam] *inc. K*    28 fluvius] *des. f\_3*

15 proposita *lo ma*    17 impleta *om.  $\delta$*  | promissionem  $\delta$     20 in gratia] gratiam  $P_{23} Y$     22 scissum  $\delta$     27 populo] illo *add.  $\gamma_1 P_{23} Y$*  | lapides primo *tr.  $\varepsilon P_6$*  | illic erant *tr. lo ma*    28 transiebat  $U$ ; transiebant  $\delta \varepsilon \gamma_1 P_{23} Y$ ; -ibant  $P_6 X ma$  | supra fluvius  $f_3 al.$ ; super fluvios  $\delta \gamma_1 X ma$ ; sicut fluvius  $\varepsilon P_{23} Y D P_6$     30 enim<sup>1</sup>] ergo  $\alpha$  | caritas] est *praem.  $\delta K$*     33 quia ... 36 quomodo] *anacoluthon* | fecit] facit  $\lambda K P_{23}$     34 lacte] lege  $C_1 P_7$     36 desit] deerit  $\alpha$

tia operari non posse, nisi cum illos lapides quinque, quibus significabatur lex in libris quinque, coniungere volens gratiae, posuit in vase pastorali, quo lac mulgere consueverat? His armatus, gratia utique armatus, et ideo praesumens non de se, sed de domino suo, processit adversus Goliath superbum, se iactantem, de se praesumentem. Tulit unum lapidem, iecit, inimicum in fronte percussit; cecidit ex eo loco corporis ubi signum Christi non habuit. Hoc quoque licet attendas: quinque lapides posuit, unum misit. Libri quinque lecti sunt, sed unitas vicit. *Plenitudo enim legis*, ut paulo ante commemoravimus, *caritas*; et ait apostolus: *Sufferentes invicem in dilectione, studentes servare unitatem spiritus in vinculo pacis*. Deinde illo percusso atque deiecto, gladium eius abstulit, et inde illi caput abscidit. Et hoc facit noster David, deiecit diabolus de suis. Quando autem credunt magni eius, quos ille in manu habebat, et de quibus ceteras animas trucidabat, convertunt linguas suas contra diabolus, et sic Goliae de gladio suo caput inciditur. Mysterium tituli pro temporis brevitate tractavimus. Videamus quid habeat ipse psalmus.

(3.) BENEDICTUS DOMINUS DEUS MEUS, QUI DOCET v. 1  
 MANUS MEAS IN PROELIUM, DIGITOS MEOS AD BELLUM. Vox nostra est, si corpus Christi nos sumus. Benedicamus dominum

---

46 commemoravimus] cf. 2,30 47sq. Eph. 4,2sq.

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2$   $Mc_1$ )  $\delta$  ( $A$   $H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi$   $U$   $\varepsilon$ :  $N$   $An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1$   $P_7$   $So_1$   $\zeta$ :  $P_6$   $T$   $K$   
 (exc.)  $Br_1$   $P_{23}$  lectiones selectae:  $D$   $P_3$   $P_5$   $P_{15}$   $Y$   $X$   $e_3$   $w$ ,  $\alpha_2$  (=  $F_2$   $F$   $Mc_1$ )  
 45 vicit] *des.*  $K$  48 deinde] *inc.*  $K$

---

39 quo] quod  $V_2$  (*ac.*)  $\delta$  40 se sed] *esset*  $K$  42 praesumentem *om.*  $K$   $C_1$   $P_7$   $P_{15}$  | tulit] et *praem.*  $P_{23}$   $Y$  | in fronte inimicum *tr.*  $U$  | frontem  $\pi$   $\varepsilon$   $P_{23}$   $Y$   
 43 signum] sanguinem  $\varepsilon$   $Y$  45 quinque  $\zeta$   $D$   $ma$ ; *om.* *cett.* | lecti] legis  $K$   
 46 et *om.*  $\delta$  | apostolus ait *tr.*  $So_1$   $X$   $ma$  49 inde et *tr.*  $\varepsilon$  | inde *om.*  $\pi$  | caput illi *tr.*  $X$   $ma$  | facit  $U$   $\gamma_1$   $K$ ; fecit *cett.*  $ma$  | deiecit  $UX$ ; deiecit *cett.*  $ma$   
 51 manu] eius *add.*  $\delta$  54 quod  $\delta$  | ipse] iste  $\alpha$   $Y$  3, 2 in] ad  $\varepsilon$   $K$   $P_7$   $\zeta$   $P_{23}$   $Y$   
 digitos] et *praem.*  $\varepsilon$

deum nostrum qui docet manus nostras in proelium, digitos nos-  
 tros ad bellum. Repetitio sententiae videtur: quod est MANUS 5  
 nostras IN PROELIUM, hoc est DIGITOS nostros AD BELLUM. An  
 aliquid interest inter manus et digitos? Digitis utique operantur  
 manus; non itaque absurde accipimus digitos pro manibus posi-  
 tos. Verumtamen in digitis agnoscimus divisionem operationis, et  
 tamen radicem unitatis. Vide illam gratiam; dicit apostolus: *Alii* 10  
*quidem datur per spiritum sermo sapientiae, alii sermo scientiae*  
*secundum eundem spiritum, alii fides in eodem spiritu, alii donatio-*  
*nes curationum in uno spiritu, alteri genera linguarum, alii prophe-*  
*tia, alii diiudicatio spirituum. Omnia autem haec operatur unus*  
*atque idem spiritus, dividens propria unicuique prout vult. Alii il-*  
*lud, alii hoc, divisiones sunt operationis, Omnia haec operatur*  
*unus atque idem spiritus;* radix est unitatis. His ergo digitis pugnat  
 corpus Christi, procedens in bellum, procedens in proelium.

(4.) Iam proeliorum et bellorum genera commemorare for-  
 tasse longum est, et gerere facilius quam explicare. Habemus  
 unum bellum quod commemorat apostolus: *Non est vobis colluc-*  
*tatio adversus carnem et sanguinem,* id est adversus homines a qui-  
 bus videmini pati molestias; non adversus ipsos pugnatis, *sed ad-* 5

3, 10–15 1 Cor. 12,8–11 4, 3–8 Eph. 6,12

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2$   $Mc_1$ )  $\delta$  ( $A$   $H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi$   $U$   $\varepsilon$ :  $N$   $An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1$   $P_7$   $So_1$   $\zeta$ :  $P_6$   $T$   $K$   
 (exc.)  $Br_1$   $P_{23}$  lectiones selectae:  $D$   $P_3$   $P_5$   $P_{15}$   $Y$   $X$   $e_3$   $w$ ,  $\alpha_2$  (=  $F_2$   $F$   $Mc_1$ )  
 3, 15 vult] des.  $K$  17 spiritus] inc.  $K$  18 proelium] des.  $K$

4 deum om.  $\delta$  | nostrum] Iesum Christum add.  $\delta$  | in] ad  $\gamma_1$  5 ad] in  $\zeta$   
 $P_{23}$  | videtur] esse praem.  $\alpha$  6 hoc est post bellum tr.  $\varepsilon$   $P_{23}$  | ad] in  $\varepsilon$   $\zeta$   $P_{23}$   
 7 inter] in  $\pi$  | utique] itaque  $\pi$  | operantur] operatur  $\pi$   $\varepsilon$   $P_6$   $P_{15}$   $Y$   $X$   
 8 manus] et praem.  $\gamma_1$   $X$   $ma$  | itaque] utique  $\gamma_1$   $K$ ; digitos add.  $\varepsilon$   
 9 agnoscimus] veritatem add.  $\varepsilon$   $C_1^2$  10 vides  $U$  | alii] aliis  $K$  11 per spiritum  
 datur tr.  $lo$   $ma$  | sermo sapientiae per spiritum tr.  $\zeta$  13 alteri] alii  $X$   $Y$   
 $ma$  | alii] alteri  $C_1$   $P_7$  15 spiritus] radix est unitatis add.  $\varepsilon$   $\zeta$   $C_1^2$  18 in!] ad  
 $K$  | bellum] proelium  $P_{23}$   $T$  | proelium] bellum  $N$   $P_{23}$   $T$  4, 2 habes  $\pi$   
 5 pugnantes  $\gamma_1$

*versus principes et potestates et rectores mundi.* Et ne intellegeres *mundi* caeli et terrae, ostendit quid diceret: *tenebrarum* inquit *harum.* *Mundi* scilicet, non qui per ipsum factus est, quia *et mundus per eum factus est,* sed *mundi* qui eum non cognovit, quia *et mundus eum non cognovit.* Hae tenebrae non sunt natura, sed voluntate. Anima enim per seipsam non lucet, quia humiliter ac veraciter cantat: *Tu illuminabis lucernam meam, domine; deus meus, illuminabis tenebras meas,* et: *Apud te inquit fons vitae, in lumine tuo videbimus lumen;* non in lumine nostro, sed *in lumine tuo.* Nam et oculi nostri lumina vocantur; et tamen lux extrinsecus si desit, etiam sani et patientes in tenebris remanebunt. Ergo bellum gerimus adversus rectores tenebrarum harum, rectores scilicet infidelium, diabolum et angelos eius, rectores gladii eius de quo pugnat diabolus adversus fideles. Sed quomodo Goliae prostrato tollitur gladius, ut ipsi Goliae de suo gladio caput amputetur, ita cum credunt ipsi infideles, dicitur eis: *Fuistis aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino.* Pugnastis de manu Goliae, iam in manu Christi tollite caput Goliae.

(5.) Hoc unum proelium; alterum autem unicuique in seipso. Modo genus hoc belli ex apostolica epistola legebatur: *Caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem, ut non ea quae vultis, faciatis.* Et hoc grave bellum et, quod est molestius, internum. In quo bello si sit quisque victor, illos quos non videt

---

8–10 Ioh. 1,10 12sq. Ps. 17,29 13sq. Ps. 35,10 19–21 cf. 1 Sam. 17,51  
21sq. Eph. 5,8 5, 2–4 Gal. 5,17 (ex lectione apostolica illius diei)

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T$   
 $Br_1 P_{23}$  lectiones selectae:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )

---

8 eum  $\gamma_1$  10 haec  $\delta C_1 P_7 P_{15} P_{23}$  11 semetipsam  $\gamma_1 X ma$  | ac] et lo ma  
13 illumina  $\varepsilon \gamma_1 \zeta P_{23} X ma$  | et om.  $\pi \varepsilon$  16 tenebras  $C_1 P_7$  18 eius<sup>2</sup>] illius  
 $\lambda \varepsilon P_{23}$  20 caput de suo gladio tr. X; caput de gladio suo tr. lo ma 21 credunt om.  $\lambda P_3$  | dicuntur  $\gamma_1$  5, 1 hoc] enim add.  $\pi \zeta P_{23}$  3 et spiritus] cf. infra 6,4.14; spiritus autem  $\lambda \varepsilon \zeta$  5 in aeternum  $V_2 \varepsilon \gamma_1 X$

inimicos continuo superabit. Non enim tentat diabolus vel angeli  
 eius, nisi quod in te carnale dominatur. Nam quomodo vincimus  
 illos hostes quos non videmus, nisi quia carnales interiores motus  
 nostros sentimus? Hic conflagimus, et illos percutimus. In amore  
 pecuniae dominatur avaritia; dominanti tibi avaritiae diabolus 10  
 forinsecus lucrum cum fraude proponit. Plerumque enim ad lucrum  
 non pervenis, nisi fraudem feceris. Proponit ergo ille forinsecus  
 avaritiae tuae, quam intus non vicisti, quam non domuisti, 15  
 quam non tibi subiecisti, proponit tamquam athletae suo malus  
 agonotheta fraudem et lucrum, opus et praemium: ‘Fac et tolle’.  
 Tu autem si calcas avaritiam, si tibi interius non dominatur,  
 quam, si senties, vincis – nam diabolum insidiantem non sentis –,  
 si ergo edomuisti avaritiam, attendis alterum proponentem opus  
 et praemium. Quid ille proposuit? Fraudem et lucrum. Quid iste  
 proponit? Innocentiam et coronam. ‘Fac et tolle’, et ille dicit et 20  
 iste. Iam tu proelior interior, si non es victus avaritia, sed victor  
 avaritiae, illum attendis, hunc vincis. Discernis enim utrumque,  
 et dicis: ‘Hac video opus et praemium, illac autem escam et  
 laqueum’. Neque enim aliquid dicis in te, quod non pertineat ad  
 te. Etenim ex peccato divisus es adversus te. Trahis concupiscen- 25  
 tiaepropaginem et traducem mortis; habes contra quod pugnes  
 in te, habes quod expugnes in te. Sed habes quem invoces, ut pug-  
 nantem adiuvet te, et vincentem coronet te, qui non existentem  
 fecit te.

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T$   
 $Br_1 P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 \omega$ ,  $\alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )

---

8 quia] qui  $N C_1 P_7$  9 hic] cum his  $So_1 ma$ ; his  $\zeta$ ; hoc  $\varepsilon \gamma_1 X$  10 dominante  
 ... avaritia  $\zeta$  | tibi] ubi  $C_1 P_7$  | avaritia  $\pi \varepsilon P_{23}$  16 autem si *om.*  $C_1 P_7$  17 si  
 senties] sentiens  $\gamma_1 X ma$  19 isti proponunt  $\varepsilon$  23 hic  $\varepsilon \gamma_1 P_{23} Y$  | illac  $U P_3$   
 $P_5 P_{15}$ ; illic  $\gamma_1 D ma$ ; ille  $\pi \varepsilon$  25 adversum  $\gamma_1 X ma$  26 habes ... te *om.*  $C_1$   
 $P_7$  | quod contra *tr.*  $\varepsilon P_{23}$  27 quem] quod  $\delta$

(6.) ‘Quomodo, inquis, vincam?’ Ecce ipse apostolus difficillimum proelium proponit, et quam laboriosum sit aut forte insuperabile, nisi non intellego, ipse ostendit. *Caro inquit concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem, ut non ea quae vultis, faciatis.* ‘Quomodo me iubes vincere, cum ille dicat: *ut non ea quae vultis, faciatis?*’ Quaeris quomodo? Attende ad gratiam vasis pastoralis: lapidem de flumine in exceptorio lactis pone. Ecce et ego tibi dico, immo tibi ipsa veritas dicit: ‘Prorsus non facis quod vis, pugnante carne adversus spiritum tuum, si ad istam pugnam de te praesumis’; admonendus es, ne frustra audieris: *Exsultate deo adiutori nostro.* Si enim per te impleres totum, non esset necessarius adiutor. Rursus, si tu ipse tua voluntate nihil ageres, non vocaretur adiutor: adiutor enim aliquid agentem adiuvat. Denique cum dixisset: *Caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem, ut non ea quae vultis, faciatis,* et proposuisset te ante te, veluti deficientem te in te, continuo misit adiutorem: *Quod si spiritu ducimini, non adhuc estis sub lege.* Qui enim sub lege est, non implet legem, sed premitur a lege, sicut ille David sub armis erat. Ergo si spiritu duceris vide quis te adiuva- bit, ut impleas quod velis. Adiutor tuus, susceptor tuus, spes tua qui docet manus tuas in proelium, digitos tuos ad bellum. *Manifesta enim sunt inquit opera carnis, quae sunt fornicationes, immu-*

6, 3–5 Gal. 5,17 11 Ps. 80,2 14sq. Gal. 5,17 17 Gal. 5,18 22–26 Gal. 5,19–21

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T Br_1 P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2 (= F_2 F Mc_1)$

6, 1 ipse *om.*  $C_1 P_7$  2 proelium] praemium  $\delta \varepsilon P_{23} Y$  | ponit  $\delta$  | sit aut] ita ut  $\pi$  | forte] fronte  $\varepsilon$  3 nisi] si  $\varepsilon \gamma_1 \zeta P_{23} Y D X ma$  5 ea quae non *tr.*  $\pi \varepsilon \zeta P_{23}$  7 lapides  $\lambda P_{23} Y$  8 ego et *tr.*  $C_1 P_7$  | ipsa veritas tibi *tr.*  $\delta$  11 enim] ergo  $\alpha$  16 adiutorem] ad *praem.*  $\gamma_1 \zeta ma$  18 a *om.*  $C_1 P_7 P_{23}$  19 adiuva- vit  $U$  21 digitos] *cf. supra 3,4;* et *praem.*  $\varepsilon \gamma_1 \zeta ma$  | tuos *om.*  $C_1 P_7$ ; meos  $X$  22 sunt<sup>1</sup> *om.*  $\delta$  | inquit *om.*  $U$



*ditiae, idolorum servitus, luxuria, veneficia, contemptiones, inimicitiae, ebrietates, comessiones, et his similia, quae praedico vobis, sicut praedixi, quoniam qui talia agunt, regnum dei non possidebunt: non qui adversus talia confligunt, sed qui talia agunt. Cum enim conflagis, aliud opus est; cum vincis, aliud opus est; cum pacem et requiem habes, aliud opus est.* cc 2077 25

Haec dum exemplis demonstro paucis, advertite. Suggestur aliquod lucrum, delectat; habet fraudem, sed magnum est lucrum; delectat, non consentis; pugnam vide: adhuc suadet, adhuc instatur, adhuc deliberatur. Ergo qui pugnat, periclitatur. Vidimus pugnam, cetera videamus. Contempsit iustitiam, ut fraudem faceret? Victus est. Contempsit lucrum, ut iustitiae serviret? Vicit. In his tribus, victum doleo, pugnantem metuo, victori gaudeo. Sed etiam ille qui vicit, numquid omnino egit in se ut prorsus eum pecunia non attentet, aut nihil in eo excitet delectationis, quamvis superabilis, quamvis contemptibilis, quamvis non solum cui non consentiat, sed cum qua nec pugnare dignetur? Inest tamen aliqua delectationis titillatio. Et ille hostis iam nec pugnat nec regnat, inest tamen, et quasi moratur in carne mortali quod non erit. Ducetur enim totum in victoriam, sed postea; modo autem: *Corpus quidem mortuum est propter peccatum*; et ideo eidem corpori inest peccatum, etsi non regnat peccatum: *Spiritus autem vita est propter iustitiam. Si autem qui suscitavit* mi 1860 35 40 45

29 exemplis ... advertite] cf. serm. Dolbeau 5,9,201 (p. 442) hoc donec aperiam paucis, advertite 43 Rom. 8,10 45-48 Rom. 8,10-11

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T Br_1 P_{23}$  lectiones selectae:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 \omega$ ,  $\alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )

23 inimicitiae ebrietates post immunditiae (22) tr.  $\delta$  25 qui talia] spiritualia agunt  $\delta$  27 opus est<sup>1</sup>] est opus tr.  $\gamma_1 X ma$  28 et requiem rep.  $U$  36 congaudeo  $X ma$  40 titillatio] his titillatio add.  $\pi \varepsilon C_1^2$ ; haec titillatio add.  $\zeta$ ; ista titillatio add.  $X^2 ma$ ; hic titillatio add. Simonetti 42 ducitur  $\varepsilon C_1^2 X$ ; dicitur  $C_1 P_7$

*Christum a mortuis, habitat in vobis, qui suscitavit Christum Iesum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra per inhabitantem spiritum eius in vobis. Ibi iam nec quod pugnet erit nec quod titillet: totum cedit in pace.*

- 50 Non enim contraria natura contra aliam naturam pugnat, sed tamquam in domo maritus et uxor si adversus se dissentiant, molestus et periculosus labor: si maritus vincatur et uxor dominetur, pax perversa; si autem uxor marito dominantanti subiciatur, pax recta. Non tamen aliud ex alia natura, quia ex homine facta
- 55 mulier viro: caro tua, coniux tua, famula tua – quodlibet deputa. Opus est ut subicias, et si pugnas, ut \*praesis pugna. Hoc enim expedit, inferius subici superiori, ut et ille qui sibi subici vult quod est inferius se, subiciatur superiori se. Agnosce ordinem, quaere pacem. Tu deo, tibi caro. Quid iustius? Quid pulchrius?
- 60 Tu maiori, minor tibi: servi tu ei qui fecit te, ut tibi serviat quod factum est propter te. Non enim hunc ordinem novimus, neque hunc ordinem commendamus: tibi caro, et tu deo; sed: tu deo, et tibi caro. Si autem contemnis tu deo, numquam efficies ut tibi caro. Qui non obtemperas domino, torqueris a servo. Numquid
- cc 2078 si non prius tu deo, ut deinde tibi caro, poteris dicere haec verba: BENEDICTUS DOMINUS DEUS MEUS, QUI DOCET MANUS MEAS IN

54sq. cf. Gen. 2,21

55 caro ... famula] cf. en. 145,5,4 caro ... famula est animae

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$  (exc.)  $Br_1 P_{23}$  lectiones selectae:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
6, 66 benedictus] inc. K

46 habitat ... mortuis om.  $C_1 P_7$  | Iesum Christum tr.  $U P_{15}$ ; Iesum om.  $P_7 X ma$  47 per] propter  $\gamma_1 \zeta X ma$  48 vobis] nobis  $\delta$  | quod nec tr.  $\varepsilon P_{23}$  49 cadit  $\varepsilon$ ; caedet  $P_{23}$ ; cedet lo ma | pacem  $U \gamma_1$  53 dominante  $\alpha$  | subicitur  $\pi$  55 vero  $\gamma_1$  56 praesis Weidmann; prosis  $\lambda P_{23} Y$ ; prosit  $\varepsilon \gamma_1 \zeta X ma$  pugnas  $\pi \varepsilon$  58 inferius est tr.  $\delta$  | se<sup>1</sup> om.  $\varepsilon$  61 novimus ... ordinem om.  $C_1 P_7$  62 tu deo et tibi caro] tu caro et tibi deo tr.  $\varepsilon$  63 tu] ut praem.  $\delta$  66 in] ad  $\alpha$

PROELIUM ET DIGITOS MEOS AD BELLUM? Proeliari vis indoctus? Damnaberis victus. Primo ergo te subdas deo; deinde illo docente et adiuvante proelieris, et dicas: QUI DOCET MANUS MEAS IN PROELIUM, DIGITOS MEOS AD BELLUM.

70

v. 2 (7.) Et cum proeliaris, quia dum proeliaris, periclitaris, dic quae sequuntur, in proeliandi periculo constitutus ‘MISERICORDIA MEA non vincar’. MISERICORDIA MEA. Quid est hoc MISERICORDIA MEA? ‘Praebes mihi misericordiam, et in me existis misericors’, an ‘Donasti mihi ut et ipse sim misericors’? De nulla enim re sic vincitur inimicus, quam cum misericordes sumus. mi 1861  
Omnino parat calumnias ad iudicium, et non potest falsa obicere, quia non est apud quem. Si enim apud hominem iudicem nobiscum ageret, posset eum fallere mentiendo, et nos gravare criminationibus falsis: quia vero apud talem iudicem causa nostra cum illo est, qui falli non potest, ideo ambit ut ad peccatum seducat, ut habeat vera quae obiciat. Et ubi forte aliquibus eius fraudibus succumbit humana fragilitas, sequatur in confessione opus humilitatis, exerceatur in operibus misericordia pietatis. Omnia delentur, cum ex vero corde et plena fiducia dicimus illi qui videt: 10  
*Dimitte nobis, sicut et nos dimittimus*. Dic toto corde, dic tota fiducia, dic securus: *Dimitte nobis, sicut et nos dimittimus*, aut: 15  
‘Noli dimittere, si non dimittimus’. Quod etsi non dixeris: ‘Noli

---

7, 16 Matth. 6,12

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$   
(*exc.*)  $Br_1 P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
7, 6 sumus] *des. K*

---

67 et *om.*  $U K P_{23}$  | proeliare  $\delta$  68 subde  $K$  | docente] te *add.*  $C_1 So_1 P_{23} X ma$  70 digitos] et *praem.*  $So_1 P_{23} X ma$  7, 3 non vincar *om.*  $U K$  | vincaris  $P_{23} Y$  | misericordia mea<sup>1</sup> *om.*  $U K \gamma_1 X ma$  4 mea *om.*  $\pi \varepsilon P_6$  | misericordiam mihi *tr.*  $\alpha \varepsilon \zeta$ ; misericors mihi  $\delta$  | existis] sistis  $\delta$ ; sis  $\varepsilon T$  5 \*donas  $\lambda K T$  | et *om.*  $\varepsilon P_{23}$  9 mentiendo fallere *tr.*  $X ma$  12 ut] et  $\delta$  14 misericordia  $\delta U \gamma_1 \zeta P_{23} Y$ ; misericordiae  $\alpha \varepsilon$ ; misericordiae et *lo ma* 15 dicamus  $\varepsilon \gamma_1 X$  | videt] et *add.*  $\gamma_1 X$

20 dimittere, si non dimittimus', prorsus non dimittit, si non dimittimus. Neque enim ut tu sis impunitus peccator, erit ille mendax promissor. 'Vis, inquit, ut dimittam? Dimitte'. Et aliud opus misericordiae, 'Vis ut dem? Da'. Uno loco positum in evangelio: *Dimittite, et dimittetur vobis; date, et dabitur vobis*. 'Aliquid, inquit, et contra te teneo, aliquid et tu contra alterum tenes; dimitte, et dimitto. Aliquid petis a me, aliquid alter petit a te: da, et do'. Et quae dimittit? Quae dat? Nonne caritas? Et unde caritas nisi per spiritum sanctum qui datus est nobis? Si ergo per opera misericordiae vincitur inimicus, et opera misericordiae habere non possemus, nisi caritatem haberemus, caritas autem nobis nulla esset, nisi spiritum sanctum acciperemus – ille DOCET MANUS  
30 MEAS IN PROELIUM, DIGITOS MEOS AD BELLUM –, illi recte dicimus: MISERICORDIA MEA, a quo habemus etiam ut misericordes simus. *Iudicium enim sine misericordia illi qui non fecit misericordiam.*

cc 2079

(8.) Parva putatis opera misericordiae? Libet de his aliquid dicere. Attendite primo istam sententiam de sancta scriptura depromptam, quam modo commemoravi: *Iudicium enim sine misericordia illi qui non fecit misericordiam*. Sine misericordia iudicabitur qui misericordiam non fecit antequam iudicaretur. Quid  
5 deinde? Quid sequitur? *Superexaltat autem misericordia iudicio.*

---

23 Luc. 6,37 26sq. caritas<sup>2</sup> ... nobis] Rom. 5,5 33sq. Iac. 2,13

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$   
(exc.)  $Br_1 P_{23}$  lectiones selectae:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
8, 3 iudicium] inc.  $K$

---

21 et] est  $\gamma_1 X ma$ ; est et  $\alpha$  22 positum] est add.  $C^2 So_1 X ma$  24 et<sup>1</sup> om.  $ma$  | dimitte]-tite  $C_1 P_7$  25 petit alter tr.  $\gamma_1 X ma$  26 quae<sup>1,2</sup> qui  $P_{23} Y$   
28 vincitur] noster praem.  $\gamma_1 X ma$  29 possumus  $\delta$ ; possumus  $\varepsilon$   
30 spiritum] per praem.  $\delta P_{23} X ma$  31 meas] nostras  $X ma$  | digitos] et  
praem.  $\alpha_2 ma$  | meos] nostros  $X ma$  8, 1 libet] et add.  $lo ma$  2 istam om.  
 $\alpha$  | sententiam istam tr.  $\delta \varepsilon$  4 sine misericordia om.  $\gamma_1$  6 autem om.  $\varepsilon$   
iudicium  $P_{23} Y$

Quid est hoc, fratres, *Superexaltat misericordia iudicio*? Superponitur misericordia iudicio: in quo inventum fuerit opus misericordiae, etsi habuerit aliquid forte in iudicio quo puniatur, tamquam unda misericordiae, peccati ignis exstinguitur. *Superexaltat* 10  
enim *misericordia iudicio*. Quid autem? Et cum talibus subvenit, et cum tales liberat, et cum talibus ignoscit, iniustus est deus? Absit! Et ibi iustus est: non ei tollit misericordia iustitiam, nec iustitia misericordiam. Vide enim si non iustus est: ‘Dimitte, et dimitto; da, et do’. Vide si non iustus est: *In qua mensura mensi fueritis,* 15  
*in ea remetietur vobis*. Ad hoc enim *in qua mensura* – non enim mi 1862  
*mensura eiusdem generis est, sed ad hoc eadem mensura, ad ‘Ignosce, et ignosco’*. Est apud te mensura veniae dandae; invenies apud me mensuram veniae accipiendae. Est apud te mensura tribuendi quod habes; invenies apud me mensuram accipiendi 20  
quod non habes.

(9.) MISERICORDIA MEA ET REFUGIUM MEUM, SUSCEPTOR MEUS ET ERUTOR MEUS. Multum laborat proelior hic tenens concupiscentem adversus spiritum carnem. Tene quod tenes. Tunc erit plene quod vis, cum absorpta fuerit mors in victoriam, quando resuscitatum mortale hoc corpus transfertur in habitudinem angelicam, et in caelestem subvolat qualitatem. *Mortui inquit in Christo resurgent primi: deinde et nos viventes qui reliqui* 5

8, 15sq. Matth. 7,2 16sq. non ... est] cf. epist. 10,2,25 9, 3 concupiscentem ... carnem] cf. Gal. 5,17 4–6 cum ... angelicam] cf. 1 Cor. 15,54 6–9 1 Thess. 4,16sq.

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$   
(exc.)  $Br_1 P_{23}$  lectiones selectae:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
16 vobis] des.  $K$  9, 1 misericordia] inc.  $K$  2 hic] des.  $K$

7 superexaltat] autem add.  $\alpha$  | iudicium  $P_{23} Y$  10 unda om.  $C_1 P_7$ ; unde  $\pi \varepsilon C^2$  11 enim] autem  $K P_5 Y$  | iudicium  $P_{23} Y$  | et om.  $\pi \varepsilon \zeta P_{23}$  13 ibi] tibi  $\gamma_1$  15 vide] enim add.  $\zeta$  16 in qua mensura] in mensuram  $\varepsilon$  17 ad<sup>2</sup> om.  $\varepsilon$   $\gamma_1 P_{23} P_3 X$  edd. 19 me om.  $\pi \varepsilon$  | te om.  $\delta$  20 invenis  $U$  9, 2 meus<sup>1</sup> om.  $\alpha H_5$ ; del.  $A$  | tenes  $\varepsilon$  4 victoria  $V_2 U \varepsilon P_{15}$

sumus, in adventu domini simul cum illis rapiemur in nubibus in  
 obviam Christo in aera, et sic semper cum domino erimus. Ibi ab-  
 10 sorbebitur mors in victoriam, ibi dicitur: *Ubi est, mors, contentio  
 tua? Ubi est, mors, aculeus tuus?* Non enim relinquetur nec in ani-  
 mo nec in corpore, quod rebellet adversus amorem dei. Plena vic-  
 toria, plena pax. De hac nobis proeliantibus dicitur: *Venite, filii,  
 audite me; timorem domini docebo vos.* In proelio estis, in conten-  
 15 tione confligitis, et tamen quandam requiem desideratis. *Quis est  
 homo qui vult vitam, et diligit videre dies bonos?* Quis est qui non  
 dicat: 'Ego'? Ibi vita, ibi dies boni, ubi nihil concupiscit adversus  
 spiritum; ubi non dicitur: 'Pugna', sed 'Gaude'. Sed quis est qui  
 hos dies velit? Omnis homo certe dicit: 'Ego'. Audi quid sequi-  
 cc 2080 tur. Video quia laboras, video quia in pugna, in periculo diver-  
 saris. Audi quid sequitur. Doceat manus in proelium, digitos in  
 bellum: *Contine linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur  
 dolum; declina a malo, et fac bonum.* Quomodo enim poteris  
 25 facere bonum, nisi declinaveris a malo? Quid quaero ut vestias,  
 quando adhuc exspolias? Quid quaero ut dones, quando adhuc  
 rapis? *Declina a malo, et fac bonum.* Non sub te ploret primo pau-  
 per, ut gaudeat de te pauper. *Declina a malo, et fac bonum.* Qua  
 mercede? Nam modo pugnans. *Quaere pacem, et sequere eam.*  
 Disce, dic: MISERICORDIA MEA ET REFUGIUM MEUM, SUSCEPTOR  
 30 MEUS ET ERUTOR MEUS, PROTECTOR MEUS. SUSCEPTOR, ne  
 cadam; ERUTOR, ne haeream; PROTECTOR, ne feriar. PROTEC-  
 TOR MEUS, ET IN IPSO SPERAVI. In his omnibus, in toto labore

10sq. 1 Cor. 15,55 13sq. Ps. 33,12 15sq. Ps. 33,13 22–28 Ps. 33,14–15

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$   
 (exc.)  $Br_1 P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 31 ne<sup>1</sup>] *inc. K*

8 rapiemur cum illis *tr. X ma* | in<sup>3</sup> *om.  $\zeta X ma$*  11 relinquitur  $\pi$  16 dies  
 videre *tr.  $\delta$*  19 dicit certe *tr.  $\pi$*  21 docet *Y X ma* | in<sup>1</sup>] ad  $\alpha P_{23} Y$   
 23 bonum] qua mercede *add.  $\varepsilon \zeta C_1^2 P_{23} Y$*  30 susceptor] meus *add.  $\varepsilon \zeta P_{23}$*

meo, in omnibus proeliis meis, in omnibus difficultatibus meis  
IN IPSO SPERAVI QUI SUBDIT POPULUM MEUM SUB ME. Ecce caput  
nostrum loquitur nobiscum.

35

v. 3

(10.) DOMINE, QUID EST HOMO, QUONIAM INNOTUISTI  
EI? Totum quod est, hoc est QUONIAM INNOTUISTI EI. QUID EST  
HOMO, QUONIAM INNOTUISTI EI, AUT FILIUS HOMINIS, QUO-  
NIAM AESTIMAS EUM? AESTIMAS EUM: tanti facis, tanti pendis,  
ordinas, nosti sub quo ponas; supra quid ponas. Aestimatio enim  
est, quanti pretii sit quidque. Quanti aestimavit hominem, qui  
pro eo unici sanguinem fudit! QUID EST HOMO, QUONIAM INNO-  
TUISTI EI? Cui quid innotuisti? Quid est FILIUS HOMINIS, QUO-  
NIAM AESTIMAS EUM? Quoniam tanti eum pendis, tanti eum  
aestimas, pretiosum quiddam esse ostendis. Non enim sic deus  
aestimat hominem, quomodo homo aestimat hominem; quando  
invenit servum venalem, carius emit equum quam hominem. Ille  
te quanti aestimet vide, ut possis dicere: *Si deus pro nobis, quis  
contra nos?* Et quanti te aestimavit *qui filio proprio non pepercit,  
sed pro nobis omnibus tradidit eum!* *Quomodo non et cum illo  
omnia nobis donavit?* Qui hanc annonam dedit pugnanti, quid  
servat vincenti? *Ego sum inquit panis vivus, qui de caelo descendi.*  
Haec est annona proeliantium, de horreis invecta dominicis,  
unde pascuntur angeli, quia *panem angelorum manducavit homo.*

mi 1863

10

15

10, 2 totum ... ei] cf. serm. 32,9,188 (cc 41) hoc est totus homo, si innotescat  
illi deus 13sq. Rom. 8,31 14–16 Rom. 8,32 17 Ioh. 6,41 19 Ps. 77,25

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$   
(exc.)  $Br_1 P_{23}$  lectiones selectae:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w$ ,  $\alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
35 nobiscum] des.  $K$  10, 2 quid] inc.  $f_3$  3 aut] inc.  $K$  10 ostendis] des.  $K$   
13 quanti] inc.  $K$

33 facultatibus  $\delta$  34 subdis  $\varepsilon P_{23} Y$  10, 2 ei<sup>1</sup>] aut filius hominis quoniam  
reputas (aestimas  $Y$ ) eum add.  $C_1 P_7 Y w$  | quoniam] quia  $\pi \varepsilon P_{23}$  3 aut ...  
eum<sup>2</sup> om.  $C_1 P_7$  8 quid<sup>1</sup>  $\gamma_1 w$ ; quis cett.  $ma$  9 quoniam tanti] quanti  $\varepsilon \zeta$   
eum<sup>3</sup> \*om.  $\pi w$  10 deus sic tr.  $lo ma$  13 quanti te tr.  $Y ma$

- 20 Post proelia vero et hanc annonam quid servat? Quid dabit victo-  
ribus, nisi quod in alio psalmo dicitur: *Unam petii a domino, hanc*  
*requiram, ut inhabitem in domo domini per omnes dies vitae meae,*  
*ut contempler delectationem domini, et protegi templum eius?* QUID  
EST HOMO, QUONIAM INNOTUISTI EI? AUT FILIUS HOMINIS,  
25 QUONIAM AESTIMAS EUM? Quem?

cc 2081

(11.) HOMO VANITATI SIMILIS FACTUS EST: et tamen inno- v. 4  
tuisti ei, et aestimas eum. HOMO VANITATI SIMILIS FACTUS EST.  
Cui vanitati? Temporibus praeterlabentibus et praeterfluentibus.  
Vanitas enim ista dicitur in comparatione cuiusdam semper  
5 manentis et numquam deficientis veritatis. Nam et ista creatura  
est loci sui. *Implevit enim deus terram*, sicut scriptum est, *bonis*  
*suis*. Quid est *suis*? Sibi congruentibus. Sed haec omnia terrena,  
volatica, transitoria, si comparentur illi veritati, ubi dictum est:  
*Ego sum qui sum*, totum hoc quod transit vanitas dicitur. Evane-  
10 scit enim per tempus, tamquam in auras fumus. Et quid dicam  
amplius, quam id quod apostolus Iacobus dixit, volens homines  
superbos ad humilitatem redigere? *Quae est enim inquit vita*  
*vestra? Vapor est ad modicum apparens; deinceps exterminabitur.*  
Ergo HOMO VANITATI SIMILIS FACTUS EST. Peccando VANITATI  
15 SIMILIS FACTUS EST. Nam quando est primum conditus, veritati  
similis factus est, sed quia peccavit, quia recepit digna, VANITATI

21–23 Ps. 26,4 11, 6sq. Eccli. 16,30 9 Ex. 3,14 12sq. Iac. 4,15

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U f_3$   $\varepsilon$ :  $N A n_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 S o_1$   $\zeta$ :  $P_6 T$   
 $K$  (exc.)  $Br_1 P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
11, 1 est] *des. K* 3 cui] *inc. K* 5 veritatis] *des. K* 6 terram] *des. f\_3*  
7 omnia] *inc. K*

21 legitur  $\alpha_2$  23 protegi  $f_3$  al. (cf. en. 127,9,25; virg. 38,39); proteget  $\varepsilon \gamma_1$ ;  
protegar  $\zeta P_{23} Y ma$  | templum] cf. en. 26,2,9,8–10,5; a templo  $f_3 P_{23} Y Psalt.$   
*Ver.*; a templo sancto  $P_3 P_3$  25 quem om. lo ma 11, 2 vanitatis  $\varepsilon K P_{23} Y$   
4 cuiusdam om.  $\gamma_1$  7 sibi om.  $\pi \varepsilon$  8 si comparentur] sicut parentur  $C_1 P_7$   
10 in aura  $\gamma_1$  | fumus in auras tr.  $\delta$  12 redire  $\delta$  | vita vestra inquit tr.  $\gamma_1$



SIMILIS FACTUS EST. *Pro iniquitate enim erudisti hominem*, dixit in alio psalmo, *et tabescere fecisti sicut araneam animam meam*. Inde et hoc: HOMO VANITATI SIMILIS FACTUS EST. Ibi quid ait? *Ecce veteres posuisti dies meos*. Hic quid ait? **DIES EIUS VELUT UMBRA** 20 **PRAETEREUNT**. Attendat sibi homo in diebus umbrae suae ut faciat aliquid dignum desideratae lucis suae; etsi in nocte umbrae est, quaerat diem. Dies enim huius vanitatis, cognoscenti homini dies est tribulationis. Sive aliqua incommoditate et aliqua molestia noceatur nobis, sive aliqua prosperitate mundus arrideat, mi 1864 totum timendum et gemendum est, quoniam tentatio est vita humana super terram. Unde enim dicitur: *Tota die contristatus ambulabam*. Solacii opus habemus, et quidquid nobis nunc exhibet deus, cum prospere exhibet, non est gaudium beatorum, sed consolatio miserorum. Itaque agat aliquid, inquam, homo dig- 30 num desiderata luce in istis diebus umbrae suae, et in nocte inquirat deum, sicut scriptum est: *In die tribulationis meae deum exquisivi manibus meis nocte coram eo, et non sum deceptus*. Quam dicit diem tribulationis, nisi quam dicit et noctem? *Manibus meis nocte, et coram eo*. Adhuc in nocte sumus, et ad prophetiae lucernam 35 vigilamus. Aliquid promissum est quod adhuc exspectatur, sed quid ait apostolus Petrus? *Habemus certiore[m] prophetica[m] sermonem, cui benefacitis intendentes, tamquam lucernae lucenti in obscu-*

17sq. Ps. 38,12      19sq. Ps. 38,6      26sq. tentatio ... terram] cf. Iob 7,1  
27sq. Ps. 37,7      32sq. Ps. 76,3      37–39 2 Petr. 1,19

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )     $\lambda$ :  $\pi U f_3$      $\varepsilon$ :  $N A n_4$      $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 S o_1$      $\zeta$ :  $P_6 T K$  (exc.)  $Br_1 P_{23}$     *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
17 est] *des. K*    20 dies<sup>2</sup>] *inc. K*    24 tribulationis] *des. K*    32 deum<sup>1</sup>] *inc. f\_3*

17 eruisti  $C_1 P_7$  | dicit  $U \gamma_1 P_{23} Y$     18 meam] eius  $A n_4 Y ma$     20 velut] sicut  $\gamma_1 K X w$     21 sibi] se  $\delta$     22 luci  $\delta U P_{15} X$  | in noctis umbra  $\alpha \zeta ma$   
23 cognoscenti *om. \varepsilon* | hominis  $\varepsilon Y$     24 tribulationis est *tr. \delta* | incommoditate ... aliqua *om. \pi \varepsilon P\_6*    25 noceat  $D S o_1 X ma$ ; doceat  $C_1 P_7$     27 enim *del. C\_1^2; om. X ma*    31 in<sup>2</sup> *om. \varepsilon P\_{23}* | in nocte *om. \pi*    35 et<sup>1</sup>  $\alpha U f_3 P_{15}$ ; *om. cett. ma*    37 quod  $\delta$  | Petrus *om. \delta*

cc 2082 *ro loco, donec dies luceat, et lucifer oriatur in cordibus vestris.* Ipse  
 40 dies praemium nostrum ibi est. *Mane exaudies vocem meam; mane  
 adstabo tibi, et contemplanor.* Ergo operare, quamvis in nocte,  
 manibus tuis, id est bonis operibus inquire deum, antequam ve-  
 niat dies ille qui te laetificet, ne veniat qui te mortificet. Vide  
 enim quam securus opereris, quia non desereris ab illo quem  
 45 quaeris: *Manibus inquit meis deum exquisivi nocte coram eo.* Ut  
 pater tuus qui videt in occulto, reddat tibi; ideo *coram eo.* Intus  
 habes misericordiam, caritatem; ne aliquid facias quasi studio pla-  
 cendi hominibus. *Manibus meis,* operibus meis: in umbra, in hac  
 vita, ubi ipse videt, non ubi hominibus placere studeo. Et quid  
 50 sequitur? *Et non sum deceptus.* HOMO VANITATI SIMILIS FACTUS  
 EST; DIES ILLIUS TAMQUAM UMBRA TRANSEUNT, et tamen INNO-  
 TUISTI EI, et AESTIMAS EUM.

(12.) DOMINE, INCLINA CAELOS TUOS, ET DESCENDE; *v. 5-7*  
 TANGE MONTES, ET FUMIGABUNT. CORUSCA CORUSCATIO-  
 NEM, ET DISPERGES EOS; EMITTE SAGITTAS TUAS, ET CONTUR-  
 BABIS EOS. EMITTE MANUM TUAM EX ALTO, ET EXIME ME, ET  
 5 ERUE ME DE AQUIS MULTIS. Corpus Christi, humilis David, gra-  
 tia plenus, de deo praesumens, pugnans in hoc saeculo, invocat  
 adiutorium dei: INCLINA CAELOS TUOS, ET DESCENDE. Qui sunt  
 caeli inclinati? Apostoli humiliati. Isti enim *caeli enarrant gloriam*

40sq. Ps. 5,5 45 Ps. 76,3 45sq. ut ... occulto] cf. Matth. 6,4 12, 8sq. Ps.  
 18,2

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U f_3$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T$   
 $K$  (exc.)  $Br_1 P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 41 ergo] *inc. K* 43 mortificet] *des. K* 45 manibus] *inc. K* 46 eo] *des. K*  
 12, 1 domine] *inc. K* 7 dei] *des. f\_3*

39 dies<sup>1</sup> om.  $\pi U$  (ac.) 40 est om.  $\varepsilon P_{23} T$  43 nec  $\alpha \varepsilon P_{23} Y$  | mortificet  $f_3$   
*al.*; maestificet  $\pi \varepsilon \zeta P_{23} Y X ma$  45 meis inquit *tr. P\_7 X ma* | ut om.  $\pi$   
 47 habeas  $X ma$  49 placere hominibus *tr. X ma* 12, 2 corusca om.  $\delta$ ; ful-  
 gora  $\gamma_1 w$  | coruscationes  $\alpha$  3 dissipabis  $\gamma_1 w$  5 plenus gratia *tr. \zeta*

*dei*; et de his caelis enarrantibus gloriam dei mox dicitur: *Non sunt loquelaе neque sermones, quorum non audiantur voces eorum: in omnem terram exiit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum.* Cum ergo isti caeli emitterent voces suas per omnes terras, et facerent mirabilia, coruscante de illis et intonante domino miraculis et praeceptis, putati sunt dii descendisse de caelo ad homines. Nam quidam ex gentibus hoc putantes eis etiam sacrificare voluerunt. Tunc illi videntes sibi deferri indebitum honorem et expavescentes et detestantes et eos qui sic errabant corrigentes, ut ostenderent eis motum animi sui, consciderunt vestimenta sua, et dixerunt: *Quid hoc facitis? Homines et nos sumus passibiles, sicut et vos.* Et coeperunt sub his verbis commendare excellentiam domini nostri Iesu Christi, humiliantes se ut commendaretur deus, quia inclinati erant caeli, ut descenderet deus. INCLINA ergo CAELOS TUOS, ET DESCENDE. Factum est.

TANGE MONTES, ET FUMIGABUNT: montes superbos, elationes terrenas, tumidas granditates: TANGE inquit, TANGE istos MONTES; de gratia tua da istis montibus: FUMIGABUNT, quia fatebuntur peccata sua. Fumus confitentium peccatorum extorquebit et lacrimas humiliatorum superborum. TANGE MONTES, ET FUMIGABUNT. Quamdiu non tacti, magni sibi videntur. Dicturi sunt: ‘Tu magnus, domine’; dicturi sunt et montes: *Tu solus altissimus super omnem terram.*

9–12 Ps. 18,4–5      14–20 Act. 14,15      30 tu ... domine] cf. Ps. 47,2  
30sq. Ps. 82,19

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2$   $Mc_1$ )  $\delta$  ( $A$   $H_1$ )     $\lambda$ :  $\pi$   $U$   $f_3$      $\varepsilon$ :  $N$   $A$   $n_4$      $\gamma_1$ :  $C_1$   $P_7$   $S$   $o_1$      $\zeta$ :  $P_6$   $T$   
 $K$  (exc.)  $Br_1$   $P_{23}$     *lectiones selectae*:  $D$   $P_3$   $P_5$   $P_{15}$   $Y$   $X$   $e_3$   $\omega$ ,  $\alpha_2$  (=  $F_2$   $F$   $Mc_1$ )  
14 praeceptis] *des.*  $K$     20 verbis] *inc.*  $K$     31 terram] *des.*  $K$

10 audiuntur  $\varepsilon$     11 exivit  $\delta$   $\zeta$   $P_{23}$   $YX$   $ma$     13 intimante  $K$     14 dii *om.*  $\pi$   
17 et<sup>2</sup> *om.*  $P_5$   $P_{23}$   $Y$     25 montes istos *tr.*  $\delta$     26 fumigabunt] et *praem.*  $\zeta$   $ma$   
30 magnus] *es add.*  $\delta$   $\zeta$     31 super] in  $U$   $\gamma_1$

(13.) Sed sunt quidam conspirantes, convenientes in unum adversus dominum, et adversus Christum eius. Convenerunt, conspiraverunt. CORUSCA CORUSCATIONES, ET DISPERGES EOS. Crebresce miraculis tuis, et solvetur conspiratio eorum. CORUSCA CORUSCATIONES, ET DISPERGES EOS. Iam miraculis territi non audebunt aliquid contra te, et in ipsis miraculis expavescentes haesitabunt: 'Quis est iste qui tanta potest? Quis est iste qui sic exaltatur, cuius nomen tantum valet?' Cum dicunt: 'Quis est iste?', credituri sunt; coruscasti miraculis, et dispersisti malam consensionem eorum. EMITTE SAGITTAS TUAS, ET CONTURBABIS EOS. *Sagittae potentis acutae*; praecepta tua, dicta tua feriant cor eorum. EMITTE SAGITTAS TUAS, ET CONTURBABIS EOS. Vulnerentur male sani, ut sanentur bene vulnerati; et dicant iam in ecclesia et in corpore Christi constituti, dicant cum ecclesia: *quoniam vulnerata caritate ego sum*. EMITTE SAGITTAS TUAS, ET CONTURBABIS EOS.

(14.) EMITTE MANUM TUAM EX ALTO. Quid postea? Quid in fine? Quomodo hinc it corpus Christi? Caelesti adiutorio. Veniet enim *ipse dominus in voce archangeli, et in tuba dei descendet de caelo*: ipse salvator corporis, manus dei. EMITTE MANUM TUAM EX ALTO, ET EXIME ME. ET ERUE ME DE AQUIS MULTIS. Quid est DE AQUIS MULTIS? De populis multis. Quibus populis? Alienigenis, infidelibus, sive foris oppugnantibus sive intus insidi-

13, 1sq. convenientes ... eius] cf. Ps. 2,2; Act. 4,26-27  
14sq. Cant. 2,5 14, 3sq. 1 Thess. 4,16

11 Ps. 119,4

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$   
(exc.)  $Br_1 P_{23}$  lectiones selectae:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
13, 3 coruscationes] inc.  $K$  13 vulnerati] des.  $K$  15 emitte] inc.  $K$

13, 4 solvitur  $\pi \varepsilon$  7 est iste<sup>1</sup>] iste est tr.  $\delta$  9 coruscanti  $\alpha$ ; -ati  $\delta$  | et om.  $\pi$   
13 in ecclesia iam tr.  $\delta$  14 et om.  $C_1 P_7$  14, 2 hinc it  $V_2 U \zeta$ ; huic ut  $\alpha_2$ ;  
inquit  $\delta$ ; hinc ut  $\varepsilon \gamma_1 K X$ ; vincit  $Br_1 P_{23} Y P_5 ma$  6 multis<sup>1</sup> om.  $C_1 P_7$   
7 impugnantibus  $\alpha$

antibus. EXIME ME DE AQUIS MULTIS, in quibus me exercebas, in quibus me ad exuendum a sordibusolvebas. EXIME ME DE AQUIS MULTIS. Haec est illa aqua contradictionis. EXIME ME inquit, ET ERUE ME DE AQUIS MULTIS. 10

(15.) Audiamus iam DE ISTIS AQUIS MULTIS, a quibus eruit deus corpus Christi sui, a quibus eruit deus humilitatem David. Quid est DE AQUIS MULTIS? Quid dixisti – ne aquae aliter intelligentur –, quid dixisti aquas multas? Quid dixi, audi: DE MANU FILIORUM ALIENORUM. Audite, fratres, inter quos simus, inter 5  
v. 8 quos vivamus, a quibus erui desideremus. QUORUM OS LOCUTUM EST VANITATEM. Hodie vos omnes, si non ad haec divina cc 2084  
spectacula verbi dei congregati essetis, et eis hac hora permixti mi 1866  
viveretis, quantas vanitates audiretis! QUORUM OS LOCUTUM EST VANITATEM. Quando denique loquentes illi vanitatem audirent 10  
vos loquentes veritatem? QUORUM OS LOCUTUM EST VANITATEM, ET DEXTERA EORUM DEXTERA INIQUITATIS.

(16.) Quid tu inter eos cum vase pastoralis habente quinque lapides? Dic mihi aliter – eandem legem quam significasti quinque lapidibus, significa et aliter. DEUS, CANTICUM NOVUM CANTABO TIBI. Canticum novum gratiae est; canticum novum hominis novi est; canticum novum testamenti novi est. Cantabo, inquit, tibi canticum novum. Sed ne putes gratiam a lege discedere, cum magis per gratiam lex impleatur, IN PSALTERIO DECEM 5  
v. 9

10 aqua contradictionis] cf. Num. 20,13 16, 1–3 cf. supra 2,1sq.

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U f_3$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T$   
 $K$  (exc.)  $Br_1 P_{23}$  lectiones selectae:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
14, 8 exercebas] des.  $K$  15, 3 quid<sup>1</sup>] inc.  $f_3$  4 quid<sup>2</sup>] inc.  $K$  7 vanitatem]  
des.  $K$  16, 1 quid] inc.  $K$

9 exime me de aquis multis om. lo ma 10 haec ... multis om.  $\delta$  | inquit me  
tr.  $U$  | inquit om.  $\delta$  ma 15, 1 eruet  $\gamma_1$  ma 2 a om.  $C_1 P_7$  | eruet  $\gamma_1$  ma  
9 audieritis  $\varepsilon$  10 illis  $C_1 P_7$  16, 3 significat  $\delta$  | et om.  $\delta f_3$  4 gratiae  $P_{23}$   
ma; gratia cett. 5 tibi inquit tr. lo ma

CHORDARUM PSALLAM TIBI. IN PSALTERIO DECEM CHORDARUM, in lege decem praeceptorum: ibi tibi psallam, ibi tibi gaudeam, ibi tibi cantem canticum novum, quia plenitudo legis caritas est. Ceterum qui non habent caritatem, psalterium portare possunt, cantare non possunt. Ego itaque, inquit, inter aquas contradictionis CANTICUM NOVUM CANTABO TIBI; et numquam strepitu suo facient aquae contradictionis ut obmutescat psalterium meum: IN PSALTERIO DECEM CHORDARUM PSALLAM TIBI.

(17.) QUI DAT SALUTEM REGIBUS, iam fumantibus montibus, QUI REDIMIT DAVID SERVUM SUUM. Agnoscitis David, estote David. Unde redimit David servum suum? Unde redimit Christum? Unde redimit corpus Christi? DE GLADIO MALIGNO ERUE ME. DE GLADIO non sufficit, addidit MALIGNO. Procul dubio est gladius benignus. Quis est gladius benignus? Dominus dicit: *Non veni pacem mittere in terram, sed gladium*. Separaturus enim erat fideles ab infidelibus, filios a parentibus, et ceteras necessitudines dirempturus gladio putredinem abscindenti, membra autem Christi sananti. Est ergo benignus gladius bis acutus, utro-

---

10sq. Rom. 13,10                      12sq. aquas contradictionis] cf. Num. 20,13  
 17, 1sq. fumantibus montibus] cf. supra 12,24-28; en. 103,4,16,21-34  
 7 Matth. 10,34    10 gladius bis acutus] cf. Ps. 149,6

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )     $\lambda$ :  $\pi U f_3$      $\varepsilon$ :  $N An_4$      $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$      $\zeta$ :  $P_6 T$   
 K (exc.)  $Br_1 P_{23}$     *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 \omega$ ,  $\alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 10 novum] des. K    15 in] inc. K    17, 2 servum] des.  $f_3$     8 infidelibus] des. K  
 10 est] inc. K

---

11 portare psalterium tr.  $X ma$     12 cantare] psallere  $\alpha$  | cantare non possunt om.  $\delta$     13 cantabo tibi canticum novum tr.  $X ma$     17, 1 das  $\varepsilon \gamma_1 Y D \omega$   
 2 redimit  $U ma$ ; redemit cett.    3 redimit<sup>1</sup>  $U ma$ ; redemit cett. | suum om.  $C_1 P_7$  | redimit<sup>2</sup>  $U ma$ ; redimet  $C_1 P_7$ ; redemit cett.    4 redimit  $U ma$ ; redemit cett.    5 sufficit  $U$  | addidit  $U \gamma_1$ ; addit cett.  $ma$     6 dominus  $\gamma_1 K$ ; de quo *praem. cett. ma* | dicit dominus tr.  $\pi \varepsilon \zeta P_{23}$     9 abscidente  $ma$ ; abscidente  $\zeta$ ; ab occidenti  $C_1 P_7$     10 sanante  $\zeta ma$ ; sanantia  $C_1 P_7$ ; sanati  $\varepsilon$

que acumine praepotens veteris et novi testamenti, narratione praeteritorum, promissione futurorum. Est ergo iste gladius benignus: ille autem malignus est quo illi loquuntur vanitatem, quia benignus est, quo deus loquitur veritatem. Ergo A GLADIO MALIGNO ERUE ME. *Filii quippe hominum dentes eorum arma et sagittae, et lingua eorum gladius acutus:* ab hoc maligno gladio erue me. Quem dixit modo gladium, ipsas superius dixit aquas multas: ERUE ME DE AQUIS MULTIS. Quas dixi aquas multas, ipsum dico malignum gladium. Denique de aquis multis cum dixisset, secutus est: DE MANU FILIORUM ALIENORUM, QUORUM OS LOCUTUM EST VANITATEM. Et ut noveris ipsos dici, cum et hic dixisset: DE GLADIO MALIGNO ERUE ME, secutus est: ET EXIME ME DE MANU FILIORUM ALIENORUM, QUORUM OS LOCUTUM EST VANITATEM, similiter sicut ibi. Et quod sequitur: ET DEXTERA EORUM DEXTERA INIQUITATIS, hoc et supra proposuerat, quando eos dixerat aquas multas. \*Tunc enim ne aquas multas bonas putares, exposuit eas in GLADIO MALIGNO. Nunc ergo exponat quid dixit: QUORUM OS LOCUTUM EST VANITATEM, ET DEXTERA EORUM DEXTERA INIQUITATIS. Quam vanitatem locutum est os eorum? Et quomodo DEXTERA EORUM DEXTERA INIQUITATIS, 30

v. 12 (18.) QUORUM FILII IPSORUM VELUT NOVELLAE CONSTABILI-

11 veteris ... testamenti] cf. en. 149,12,32 duo testamenta ad gladium bis acutum pertinent 15sq. Ps. 56,5 17 superius dixit] cf. 12, 5 18 dixi] cf. supra 14,6sq. 25 supra] cf. 12,5 27 exposuit] cf. supra l. 17

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi Uf_3$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$  (exc.)  $Br_1 P_{23}$  lectiones selectae:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ ) 15 me] des.  $K$  28 quid] inc.  $f_3$

11 testamenti et novi tr.  $\zeta$  12 promissione] et praem. ma | iste om.  $\pi$  13 quo] quia  $\delta$  14 quo] quod  $\delta K C_1 P_7$  | a om.  $\delta$ ; de  $\varepsilon \zeta P_{23}$  15 dentes eorum om.  $\varepsilon$  16 gladio maligno tr.  $\delta Y$  17 ipsos  $\gamma_1$  18 erue ... multas om.  $C_1 P_7$  19 gladium malignum tr.  $U D X ma$  24 quod om.  $C_1 P_7$  | et<sup>2</sup> om.  $X ma$  25 posuerat  $\pi \varepsilon \zeta P_{23} Y$  26 eis  $\delta$  | tunc conieci; tu codd. edd. ne om.  $\delta$  28 quid] qui  $\gamma_1$ ; quod  $X ma$

TAE A IUVENTUTE SUA? QUORUM FILII IPSORUM UT NOVELLAE  
 CONSTABILITAE IN IUVENTUTE SUA felicitatem ipsorum vult enu-  
 merare. Attendite, filii lucis, filii pacis; attendite, filii ecclesiae,  
 5 membra Christi; attendite quos dicat alienigenas, quos dicat filios  
 alienos, quos dicat aquas contradictionis, quos dicat gladium ma-  
 lignum. Attendite, obsecro, quia inter istos periclitamini, inter  
 horum linguas adversus carnis vestrae desideria dimicatis; inter  
 horum linguas positas in manu diaboli, de quibus pugnat, colluc-  
 10 tationem habetis, *non adversus carnem et sanguinem, sed adversus*  
*principes et potestates, et rectores mundi tenebrarum harum*, hoc est  
 iniquorum. Attendite, ut discernatis vos; attendite, ne putetis ve-  
 ram felicitatem esse, quam sibi optant homines aut infirmi aut  
 maligni. Ecce, fratres, certe filios alienos dixit, certe aquas multas,  
 15 certe gladium malignum. Videte vanitatem quam loquuntur, et  
 cavete ne talia loquamini, cavete ne talia loquentes imitemini.  
 QUORUM OS LOCUTUM EST VANITATEM, ET DEXTERA EORUM  
 DEXTERA INIQUITATIS. Quam vanitatem locutum est os eorum,  
 et quae dextera eorum iniquitatis est dextera? Audi: QUORUM  
 20 FILII IPSORUM VELUT NOVELLAE CONSTABILITAE A IUVENTUTE  
 SUA; FILIAE EORUM COMPOSITAE ET ORNATAE SICUT SIMILITU-  
 DO TEMPLI; CELLARIA EORUM PLENA, ERUCTANTIA EX HOC IN  
 HOC; OVES EORUM FECUNDAE, MULTIPLICANTES IN EGRESSI-  
 BUS SUIS; BOVES EORUM CRASSI; NON EST RUINA SEPIS, NEC

v. 13-14

---

18, 10sq. Eph. 6,12

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U f_3$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T$   
*K* (exc.) *Br\_1 P\_{23}* *lectiones selectae*: *D P\_3 P\_5 P\_{15} Y X e\_3 w*,  $\alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 18, 2 quorum] *inc. K* 3 enumerare] *des. K* 19 quorum] *inc. K*

---

18, 2 a  $\alpha$   $\varepsilon$   $\zeta P_{23} Y$ , *Prosp. ps.*, *Psalt. Rom.* (cf. *infra* l. 20; 19, 4); in *cett.*, *Vulg.*,  
*Psalt. Ver.*, *ma* | quorum ... sua  $\varepsilon$   $\zeta P_{23}$  (*dubit. probavi*); *om. f\_3 cett. ma*  
 4 filii! *om. \varepsilon* | filii lucis  $f_3 al.$ ; *om. \pi* 14 multas] *malas C\_1 P\_7* 17 os] *cor \gamma\_1*  
 20 a] in *suspicator* 22 plena (cf. *infra* l. 29) *om. \lambda* 23 gressibus  $\pi$  24 crassae  
 $\varepsilon$   $\zeta P_{23} Y$



EXITUS NEQUE CLAMOR IN PLATEIS EORUM. Ergo non est ista 25  
 felicitas? Interrogo filios regni caelorum, interrogo progeniem  
 resurrectionis in aeternum, interrogo corpus Christi, membra  
 Christi, templum dei: ergo non est ista felicitas, habere filios in-  
 columes, filias ornatas, plena cellaria, abundantia pecora, nullam cc 2086  
 ruinam, non dico parietis, sed nec sepis; nullum tumultum et cla- 30  
 morem in plateis, sed quietem, pacem, abundantiam, copiam re-  
 rum in domibus, in civitatibus? Ergo non est ista felicitas? Aut  
 debent eam iusti defugere? Aut non invenis et domum iusti abun-  
 dantem rebus his omnibus, plenam ista felicitate? Non erat do-  
 mus Abrahae abundans auro, argento, familia, filiis, pecoribus? 35  
 Nonne Iacob sanctus patriarcha fugiens a facie Esau fratris sui in  
 Mesopotamiam, serviens ditatus regressus est, et egit gratias do-  
 mino deo suo, quia in virga sua transiit fluvium, et regressus est  
 cum tanta abundantia pecorum atque filiorum? Quid dicimus?  
 Non est ista felicitas? Sit licet, sed sinistra. Quid est sinistra? 40  
 Temporalis, mortalis, corporalis. Nolo illam defugas, sed neque  
 dexteram putes. Non enim isti ideo maligni, ideo vani, quia his  
 abundabant, sed quia id quod sinistrum esse debuit, in dextro  
 ponebant. Ideo ET DEXTERA EORUM DEXTERA INIQUITATIS, ideo  
 OS EORUM LOCUTUM EST VANITATEM, quia hoc in dextera posu- 45  
 erunt, quod in sinistra habere debuerunt. Quid enim in dextera

34sq. non ... pecoribus] cf. Gen. 12,5; 13,2.6    36–39 nonne ... filiorum] cf.  
 Gen. 31,18; 32,7–10

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )     $\lambda$ :  $\pi U f_3$      $\varepsilon$ :  $N An_4$      $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$      $\zeta$ :  $P_6 T$   
 $K$  (*exc.*)  $Br_1 P_{23}$     *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 27 inter[rogo] *des. f\_3*    35 pecoribus] *des. K*    39 quid] *inc. K*

28 filios habere *tr. ζ*    33 diffugere  $\lambda P_{23}$  (*cf. infra l. 41*) | invenis et] invenisse  
 $\varepsilon$  | abundantem rebus] habentem rerum  $\delta$ ; habentem rebus  $V_2 \varepsilon$     34 istam  
 felicitatem  $\alpha$     35 filiis familia *tr. X ma*    41 defugas] \*iam *praem.*  $\varepsilon \gamma_1 Y$   
*ma*; diffugas  $\alpha ma$     43 habundant  $\gamma_1 K$  | dextera *Y ma*    45 dextro  $U$   
 46 debuerant  $\pi$

ponere debuerunt? Deum, aeternitatem, annos dei non deficientes, de quibus dicitur: *et anni tui non deficient*. Ibi dextera, ibi esse debet desiderium nostrum. Sinistra utamur ad tempus, dexteram desideremus in aeternum. *Divitiae si fluant, ne apponatis cor*. Si enim divitiis fluentibus cor apposueritis, quod sinistrum est, dextrum facietis. Corrigite vos, agnoscite sapientiam amplectentem vos, cui dictum est: *Sinistra eius sub capite meo, et dextera eius complectetur me*. Videte amatoria sancta cantica; videte Cantica anticorum, nuptiarum caelestium Christi et ecclesiae. Quid dicit sponsa de sponso? *Sinistra eius sub capite meo, et dextera eius amplectetur me*. Sinistra sub capite, dextera super caput. Amplectentis enim desuper brachium super caput, sinistra autem subter caput. *Sinistra inquit eius sub capite meo*. Non me enim deseret et in temporalibus necessariis, sed tamen ipsa sinistra sub capite erit; non capiti praeponetur, sed erit sub capite, ut dextera eius complectatur me pollicens vitam aeternam. Ita enim <si> sinistra sub capite, si dextera super caput, impletur quod ad Timotheum scriptum est: *promissionem habens vitae praesentis et futurae*. *Promissionem inquit habens vitae praesentis et futurae*. Quid in prae-

---

48 Ps. 101,28 50 Ps. 61,11 51sq. quod ... facietis] *huius loci mentio fieri videtur in en. 136,16,2 meministis fortasse hic me aliquando tractasse de quibusdam qui quod sinistrum est dextrum faciunt; cf. etiam en. 120,8,15 53sq. Cant. 2,6 54–80 videte! ... honor] cf. en. 120,9,2sq. 54sq. amatoria ... ecclesiae] cf. serm. 46,35,883 (cc 41) novimus cantica anticorum, sancta cantica, amatoria cantica, sancti amoris 64 1 Tim. 4,8*

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$  (exc.)  $Br_1 P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 \omega, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ ) 47 deficientes] *des. K* 48 ibi!] *inc. K* 50 aeternum] *des. K* 52 corrigite ... 134,4,20 *gaudes deest P\_7 (excidit folium quod supplevit manus recentior P\_7)*

---

47 debuerant  $\pi$  | agnus  $K$  50 desideramus  $C_1 P_7$  | adfluant  $\delta \gamma_1$  53 amplectetur  $N P_{23} Y$  54 cantica<sup>2</sup> \*rep.  $U$  56 complectetur  $C_1 So_1 ma$  57 amplectentes  $\varepsilon Y C_7^2$  59 me enim  $U P_{15} C_1 So_1$ ; enim me *tr. cett. ma* | et *om.  $\zeta So_1 ma$*  61 ut] et  $\pi$  62 si *Simonetti* 63 impleturque  $X ma$  64 promissionem<sup>1</sup> ... futurae *om. P\_{23} Y*

senti? *Sinistra sub capite*. Quid in futuro? *Dextera eius complectetur me*. Tempori necessaria quaeritis? *Quaerite primum regnum dei*, id est dexteram; *et haec omnia apponentur vobis*. Habebitis hic, inquit, et divitias et gloriam, et in futuro saeculo vitam aeternam: et sinistra continebo infirmitatem vestram, et dextera coronabo perfectionem vestram. An forte apostoli relinquentes omnia sua, aut pauperibus quod habebant distribuentes, sine divitiis in hoc saeculo remanserunt? Et ubi est illa promissio sinistrae: *Accipiet in hoc saeculo septies tantum?* Multiplicationem promissit. Et revera, quid desit homini dei? Si quis forte infidelis est, unam domum aut paucas habet, *fidelis hominis totus mundus divitiarum est*. Vide sinistram eius plenam sub capite: *Accipiet in hoc saeculo septies tantum*. Vide dexteram complectentem: *et in futuro vitam aeternam*. Merito et alio loco de ipsa sapientia dicitur: *In dextera eius anni vitae, et in sinistra eius divitiae et honor*. 80

(19.) Unde ergo isti vaniloqui? Quare vanitatem locutum est os eorum? Quia DEXTERA EORUM DEXTERA INIQUITATIS. Non ergo eos arguo, quia FILII EORUM VELUT NOVELLAE CONSTABILITAE A IUVENTUTE SUA, nec quia FILIAE EORUM ORNATAE SICUT SIMILITUDO TEMPLI, nec quia cetera abundantia et pax terrena aderat eis. Sed quare arguo? BEATUM DIXERUNT POPULUM CUI HAEC SUNT. O loquentes homines vanitatem! BEATUM DIXERUNT POPULUM CUI HAEC SUNT! Perdiderunt veram dexteram; maligni, perversi, beneficia dei inverse se vestierunt. O maligni, o

67sq. Matth. 6,33    74 Matth. 19,29    76sq. Prov. 17,6    77–79 Matth. 19,29    80 Prov. 3,16

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2$   $Mc_1$ )  $\delta$  ( $A$   $H_1$ )     $\lambda$ :  $\pi$   $U$      $\varepsilon$ :  $N$   $An_4$      $\gamma_1$ :  $C_1$   $So_1$      $\zeta$ :  $P_6$   $T$   $K$   
 (exc.)  $Br_1$   $P_{23}$     *lectiones selectae*:  $D$   $P_3$   $P_5$   $P_{15}$   $Y$   $X$   $e_3$   $w$ ,  $\alpha_2$  (=  $F_2$   $F$   $Mc_1$ )  
 19, 2 non] *inc.*  $K$     7 sunt] *des.*  $K$

68 habetis  $U$   $P_{15}$     74 accipiet  $H_1$   $ma$     79 futuro] saeculo *add.*  $C_1$   $So_1$   $X$   $ma$   
 19, 3 eos] nos  $K$     4 a] *cf. supra* 18, 20; in  $P_6$ , *an recte?*    5 adheret  $C_1$   $X$   
 6 quare] quae  $\pi$     9 inverse] -si  $\pi$   $\varepsilon$   $So_1$   $X$  | se *om.*  $P_7^2$   $T$   $ma$

- 10 vaniloqui, o filii alieni. BEATUM DIXERUNT POPULUM CUI HAEC SUNT! Quod ad sinistram erat, ad dexteram posuerunt: BEATUM DIXERUNT POPULUM CUI HAEC SUNT. Quid tu, David? Quid tu, corpus Christi? Quid vos, membra Christi? Quid vos, non filii alieni, sed dei? Quoniam vaniloqui filii alieni BEATUM DIXERUNT  
 15 POPULUM CUI HAEC SUNT, vos quid dicitis? BEATUS POPULUS CUIUS DOMINUS DEUS IPSIUS. Habete ergo sinistram, sed in sinistra; desiderate dexteram, ut ponamini ad dexteram. In sinistra enim habuerunt sinistram, apud quos esurivit, et dederunt ei manducare; sitivit, potum dederunt; hospes fuit, susceperunt; nudus  
 20 fuit, vestierunt. Hoc totum de sinistra abstulerunt, et ad dexteram ponerentur. DIXERUNT ergo vaniloqui filii alieni: BEATUM POPULUM CUI HAEC SUNT; vos dicite nobiscum: BEATUS POPULUS CUIUS DOMINUS DEUS IPSIUS.

Conversi ad dominum.

---

19, 17–20 in ... vestierunt] *cf.* Matth. 25,35–36

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$   
 (*exc.*)  $Br_1 P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 10 o] *inc. K* 14 dei] *des. K* 15 vos] *inc. K* 18 manducare] *des. K* 20 hoc]  
*inc. K* 23 ipsius] *des. K*

---

16 cuius] *est add. V\_2 K* 18 enim] *autem  $\zeta$*  23 ipsius] *eius  $\zeta$*  24 conversi  
 ad dominum (*deum  $C_1^2 P_3$* ) *U  $C_1^2 P_3 P_{15} ma$  (cf. 144,25,8; 148,17,48; 150,8,25*  
*app. ad l.); om. cett.; in fine amen deo gratias semper add.  $C_1 So_1 X ma$*